



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 76. Andegavensis Ducis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

plicem porrigebat, quo sacrum Ordi- Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.  
nem ab omni nova exactione immu-  
nem servari rogabat, simulque preca-  
batur, ut pacta circa solvendos Præ-  
torii redditus inita ad effectum deduci  
juberet, aut contractus, quibus Eccle-  
siæ bona inique fuerunt divendita, re-  
scindi permitteret, ut ex recuperatis  
hisce bonis tercenties quinquaginta  
librarum millia pendi queant, hancque  
pecuniam colligendi potestatem Rex  
quibusdam deleget: verum ad hæc re-  
spondit Henricus III. quod hos contra-  
ctus rescindi, lubens concedat, dum-  
modo currente hoc anno una decima  
cum dimidia, seu centies quinquagin-  
ta aureorum millia præter alia centum  
ejusdem monetæ millia in proximis  
Cleri comitiis pendantur: cum ergo  
Clerus hanc vexationem haud meliori  
modo redimere posset, tandem Regis  
petito annuit, hacque ratione die de-  
cima sexta Augusti suis comitiis finem  
imposuit.

### §. LXXVI.

#### *Andegavensis Ducis obitus.*

Idem Rex hoc anno Andegavensem Thuan. l. 70.  
Ducem Fratrem suum, die decima Journal de  
Junii defunctum, amiserat, exiguo pror- Henric. III.  
sus ipsius luctu, ac mærore: porro hic t. I. p. 70.  
idem Dux nonnisi triginta ætatis suæ  
Hist. Eccl. Tom. L. K. annos,

Sæcul. XVI. annos, tresque menses numerabat. Fe-  
A C 1584 runt nonnulli, illum veneno fuisse ex-  
 tinctum a foederis Principibus, qui  
 hunc solum suis consiliis, quibus re-  
 gnum ad exterum genus transferre mo-  
 liebantur, obstare credebant: utut au-  
 tem res se habuerit, id pro comperto  
 constat, quod nunquam conjugio jun-  
 ctus absque liberis decedens tanquam  
 Brabantiae Dux, ac Belgii Princeps  
 sepeliri voluerit: verum regius Sena-  
 tus inani hoc titulo Hispaniæ Regem  
 haud immerito offendì censebat: qua-  
 propter Rex præcepit, ut nonnisi solita  
 pompa Corpus ejus Parisios delatum,  
 in Ecclesia sancti Maglorii in suburbio  
 sancti Jacobi interea deponeretur, do-  
 nec cuncta pro exequiis in Templo sancti  
 Dionysii celebrandis necessaria fuissent  
 disposita, ubi Belnensis Bituricensis  
 Archiepiscopus olim Andegavensis Can-  
 cellarius defuncto oratione funebri pa-  
 rentabat, quæ tamen audientium ani-  
 mis minus grata accidebat.

Mortuo hoc Duce, Andegavensis,  
 Alensonius, & Bituricensis Ducatus,  
 quos patrimonii loco possidebat, rursus  
 Regno aggregabantur: Cameracensis  
 vero civitas, quam biennio ante usur-  
 paverat, successionis jure ad Reginam  
 Matrem devolvebatur, hanc tamen ur-  
 bem Henricus III. Rex suo patrocinio  
 fovere

sovere recusabat, nam cum Regina Ma- <sup>æcul. XVI.</sup>  
ter sibi in Lusitaniam jus competere <sup>A.C. 1583.</sup>  
crederet, hocque Regnum sibi a Phi-  
lippo II. erectum quereretur, hinc Rex  
eidem concessit, ut Cameracum reti-  
nere posset, donec Hispaniæ Rex Lusi-  
taniæ jacturam eidem compensasset.

## §. LXXVII.

*Colloquium inter Espernonium Du-  
cem, & Navarræ Regem.*

Postea Henricus Rex, ut novis Pro-  
testantium tumultibus obviaret,  
eisdem indulxit, ut Montalbani in Ca-  
durcis suos cœtus celebrare possent,  
dummodo eis Regis nomine Pompo-  
nius Belleutreus secretioris Consilii Se-  
nator interesset: insuper Espernonio  
Duci negotium dabat, ut Navarræ Re-  
gem inviseret, perinde acsi ejusdem  
Matri, quam post adeptam regiam  
dignitatem nondum inviserat, sua ob-  
sequia præstitus advenisset, reipsa au-  
tem toto conatu Navarræ Regi persua-  
deret, ut ad Ecelesiæ Catholicæ si-  
num redire, atque Aulam accedere  
vellet, cum id ei non modo utile  
foret, eoquod facile totam Guisio-  
rum factionem hac ratione dissipare,  
sed etiam Regno, cuius proximus hæ-  
res esset, tranquillitatem procurare va-  
leret: equidem Espernonius demanda-

K 2 tum